

passus es pro homine. Miserere nobis. Glória Patri. Christe Fili Dei vivi, miserere nobis. **V.** Exurge Christe, adjuva nos. **R.** Et libera nos propter nomen tuum.

Ad Tertiam, Antiphona. Diléctus meus. Capitulum. Quis crédidit, ut supra. 721.

R. br. Pósuit me * Desolatam. Pósuit me. **V.** Totá die moróre confictam. Desolatam, Glória Patri. Pósuit me. **V.** Fácies mea intúmuit à fletu. **R.** Et pálpebræ meæ calligaverunt.

Ad Sextam, Antiphona.

Quò ábit.

Capitulum. *Isaie 53. b*
Iste vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, et livore ejus sanatus sumus.

R. br. Fácies mea * Intúmuit à fletu. Fácies mea. **V.** Et pálpebræ meæ calligaverunt. Intúmuit. Glória Patri. Fácies mea. **V.** Deus vitam meam annuntiávi tibi. **R.** Posuisti lácrymas meas in conspéctu tuo.

Ad Nonam, Antiphona.

Fulcite me floribus.

Capitulum. *Isaie 53. c*
Generationem ejus qui enarrabit quia abscessus est de terra viventium: propter scelus populi mei percussit eum.

R. br. Deus vitam meam * Annuntiávi tibi. Deus vitam meam. **V.** Posuisti lácrymas meas in conspéctu tuo. Annuntiávi. Glória Patri. Deus vitam meam. **V.** Ora pro nobis Virgo dolorosissima. **R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

In secundis Vesperis omnia ut in primis. 712.

Ad Magnificat, Antiphona. Cum vidisset Jesus matrem stantem

juxta crucem, & discipulum quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua.

Et fit Commemoratio Feriæ. Antiphona. Principes sacerdotum consilium fecerunt ut Jesum occiderent: dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. **V.** Eripe me Dómine ab homine malo. **R.** A viro iniquo eripe me.

Oratio.

Concède, quæsumus omnipotens Deus; ut qui protectionis tuæ grátiam quærimus, liberáti à malis omnibus, securá tibi mente serviámus. Per Dóminum.

FESTA APRILIS. DIE II. APRILIS.

In Festo Sancti Francisci de Paula

Confessoris.

Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris non Pontificis, *lxxij.* præter sequentia.

Oratio.

Deus humilium celsitudo, qui beatum Franciscum Confessorem Sanctorum tuorum gloriam sublimasti: tribue quæsumus; ut ejus méritis & imitatione, promissa humilium præmia feliciter consequamur. Per Dóminum.

In Quadragesima Comm. Feriæ. In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente, si celebretur post Pascha.

Si vero in Quadragesima, Lectiones de libro Ecclesiastici Beatus vir, qui inventus est sine macula, de Comuni Confessoris non Pontificis. *lxxxj.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Franciscus Paulæ, quod est Calabriæ oppidum, loco humili-

si natus est: quem parentes, cum diu prole caruissent, voto facto, beati Francisci precibus suscepérunt. Is adolescens divino ardore succensus, in erémum secéssit, ubi annis sex, victu ásperam, sed meditationibus cœlestibus suavem vitam duxit. Sed cum virtutum ejus fama longius manarét, multique ad eum pietatis studio concurrerent fratérnae charitatis causá è solitudine egressus, Ecclesiám prope Paulam ædificávit, ibique prima sui Ordinis fundamenta jecit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritatem ætérnam. **V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

ERat in eo mirífica loquéndi grátia: perpétuam virginitatem servávit: humilitatem sic cóluit, ut se omnium mínimum diceret, suosque alúmnos Mínimos appellari voluerit. Rudi amictu, nudis pedibus incédens, humi cubábat. Cibi abstinentiá fuit admirábilis: semel in die post solis occásum reficébatur, & ad panem, & aquæ potum, vix áliquid ejúsmodi obsónii adhibebat, quo vesci in Quadragesima licet; quam consuetudinem, ut Fratres sui toto anni tempore retinérant, quarto eos voto adstrinxit.

R. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, & ornávit eum. Et ad.

Lectio vi.

Multis miraculis servi sui sanctitatem Deus testári voluit, quorum illud in primis célebre, quod à nautis rejéctus, Siciliæ fre-

tum strato super fluctibus pállio cum sócio transmísit. Multa etiam futúra prophético spiritu prædixit. A Ludovico Undécimo Francórum rege expetitus, magnóque in honóre est habitus. Dénique annum primum & nonagésimum agens, Turonis migrávit ad Dóminum, anno salútis millésimo quingentesimo séptimo: cujus corpus, dies undecim insepúltum, ita incorruptum permansit, ut suavem etiam odórem efflaret. Eum Leo Papa Décimus in Sanctórum número rétulit.

R. Iste homo perfécit omnia quæ locútus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam. * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est qui contempnit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia te vidi.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. 12. d*

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacet Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 4. cap. 54. in Luc. 12.

Pusillum gregem electórum, vel ob comparationem majóris numeri reproborum, vel potius ob humilitatis devotiónem nóminat: quia videlicet Ecclesiám suam quantalibet numerositáte jam dilatátam, tamen usque ad finem mundi humilitate regni crescere, & ad promissum regnum humilitate pervenire. Ideoque ejus labóres blandè consolatus, quam regnum Dei tantum querere præcipit, eidem regnum à Patre dandum complacitá benignitáte promittit.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dñm: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V**. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & p̄manens in innocentia sua. Ipse intercedat.

Lectio viii.

Vendite quae possidetis, & date eleemōsynam. Nolite, inquit, timere, ne propter regnum Dei militātibz hujus vitae necessāria desint: quin etiā possēssa, propter eleemōsynam vendite. Quod tunc dignè fit, quando quis semel per Dñm suis omnibus sp̄tis, nihilominus post hęc labore manuum, undè & victum transigere, & eleemōsynam dare queat, operatur. Undè gloriatur Ap̄stolus, dicens: Argentum, aut aurum, aut vestem nullus concupivi: ipsi scitis, quoniam ad ea quae mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istae. Omnia ostēdit vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos.

R. Sint lumbi vestri praecincti, & lucerna ardentes in manibus vestris: **S**. Et vos similes hominibus expectantibus dñm suum: quando revertatur à nuptiis. **V**. Vigilate ergo, quia nescitis quā horā Dñm vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Si venerit in Quadrag. Lectio ix. de Homil. Feriæ occurrentis, cum ejus Commem. in Laudibus, & Vesperis.

Lectio ix.

Facite vobis sacculos, qui non veterascunt; eleemōsynas videlicet operando, quarum merces in aeternum maneat. Ubi non hoc praecēptum esse putandum est, ut nil pecuniae reservetur à sanctis, vel

suis scilicet, vel pauperum sibus suggerēda: cum & ipse Dñmus, cui ministrabant Angeli, tamen ad informandam Ecclesiam suam lóculos habuisse legatur, & à fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus, aliisque indigentibus tribuens; sed ne Deo propter ista serviatur, & ob inopiae timorem justitia deseratur.

Te Deum laudamus. 12.

DIE IV. APRILIS.

In Festa Sancti Isidori Episcopi Confessoris & Doctoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, lix. praeter ea, quae sequuntur.

Ad Magnificat, in utrisque Vesperis, Ant. O Doctor optime.

Oratio.

Deus, qui populo tuo aeternae salutis beatum Isidorum ministrum tribuisti: praesta quaesumus; ut quem doctorem vitae habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in caelis. Per Dñm nostrum.

In primo Nocturno Lectioes Sapientiam omnium antiquorum de Communi Doctorum. lix.

In secundo Nocturno,

Lectio iy.

Isidorus natione Hispanus, Doctor egregius, ex nova Carthagine Severiano patre Provinciae Duce natus, à Sanctis Episcopis Leandro Hispanensi, & Fulgentio Carthaginensi fratribus suis pie, & liberaliter educatus, Latinis, Graecis, & Hebraicis litteris, divinisque, & humanis legibus instructus, omni scientiarum, atque Christianarum virtutum genere praestantissimus evasit. Adhuc adolescens haeresim Ariānam, quae gentem Gothorum Hispaniae latissime dominantem jam pridem invaserat, tantā

cons-

constantia palam oppugnavit, ut parum absterit, quin ab haereticis necaretur. Leandro vita functo ad Hispanensem Cathedralē invitus quidem, sed urgente in primis Reccaredo Rege, magnoque etiam Clēri, Populique consensu assumitur, ejusque electionem Sanctus Gregorius Magnus, nedum auctoritate Apostolica confirmasse, sed & electum transmissio de more pallio decorasse, quin etiam suum, & Apostolicae Sedis in universa Hispania Vicarium constituisse perhibetur.

Vinveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: Manus enim mea auxiliabitur ei. **V**. Nihil proficet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocēbit ei. Manus.

Lectio v.

In Episcopatu quantum fuerit constans, humilis, patiens, misericors, in Christiana, & Ecclesiastica disciplina instauranda sollicitus, eaque verbo, & scriptis stabilenda indefessus, atque omnium virtutum ornamento insigniter, nullius lingua enarrare sufficeret. Monastici quoque instituti per Hispaniam promotor, & amplificator eximius, plura construxit Monasteria, Collegia itidem edificavit, ubi studiis sacris, & lectionibus vacans, plurimos discipulos, qui ad eum confluebant, erudit; quos inter Sancti Ildephonsus Toletanus, & Braulius CaesarAugustanus Episcopi emicuerunt. Coacto Hispani Concilio Acephalorum haeresim, Hispaniae jam minitatem, acris, & eloquenti disputatione frengit, atque contrivit. Tantam apud omnes sanctitatis, & doctrinae famam adeptus est, ut elapso vix ab ejus obitu sextodécimo anno, universa Toletana Synodo duorum supplet quinque Episcoporum plaudente, ipsoque etiam Sancto Ilde-

phonso suffragante, Doctor egregius, Catholicae Ecclesiae novissimum decus, in saeculorum fine doctissimus, & cum reverentia nominandus appellari meruerit; cumque Sanctus Braulius non modo Gregorio Magno comparaverit, sed & erudiendae Hispaniae loco Jacobi Apostoli coellus datum esse censuerit.

Vosul adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: Manus enim mea auxiliabitur ei. **V**. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

Lectio vj.

Scripsit Isidorus libros Etymologicarum, & de Ecclesiasticis Officiis, aliosque quamplurimos Christianae, & Ecclesiasticae disciplinae adeo utiles, ut Sanctus Leo Papa Quartus, ad Episcopos Britanniae scribere non dubitaverit, si cum Hieronymi, & Augustini, ita Isidori dicta retinenda esse, ubi contingerit inusitatum negotium, quod per Canones minime definiri possit. Plures etiam ex ejusdem scriptis sententiae inter Canonicas Ecclesiae leges relate conspiciunt. Praefuit Concilio Toletano quarto omnium Hispaniae celeberrimo. Denique cum ab Hispania Ariānam haeresim eliminasset, morte sua, & regni vastatione à Saracenorum armis publice praenuntiata, postquam quadraginta circiter annos suam rexisset Ecclesiam, Hispani migravit in caelum anno sexcentesimo trigésimo sexto. Ejus corpus inter Leandrum fratrem, & Florentinum sororem, ut ipse mandaverat, primo conditum, Ferdināndus Primus Castellae, & Legionis Rex ab Eneto Saraceno Hispani dominante, magno pretio redemptum, Legionem transiit, & in ejus honorem Templum aedificatum est, ubi miraculis

lis clarus, magnâ pöpuli devotiö-
ne cölitur.

R. Iste est qui ante Deum magnas
virtutes operatus est, & omniâ terra
doctrinâ ejus replêta est: Ipse
intercedat pro peccatis ömniumpö-
pulörum. **V.** Iste est qui contemp-
sit vitam mundi, & pervenit ad caelestia
regna. Ipse, Glöria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum
Matthæum.

Lectio vii.

In illo tempore: Dixit Jesus dis-
cipulis suis: Vos estis sal terræ.
Quod si sal evanierit, in quo salie-
tur? Ad nihilum valet ultra, nisi
ut mittatur foras, & conculcetur ab
hominibus. Et reliqua.

Homilia Sancti Isidöri
Episcopi.

*Ex lib. 2. Officiorum ad S. Fulgentium,
cap. 5.*

Qui in erudiendis, atque ins-
tituendis ad virtutem pöpuli
prærit, necesse est, ut
in ömniibus sanctus sit, & in nullo
reprehensibilis habeatur. Qui enim
älium de peccatis arguit, ipse ä
peccato debet esse alienus. Nam
quä fronte subjectos arguere pöte-
rit, cum illi statim possit correctus
ingere. Antè doce te que recta
sunt? Primitus quippe semetipsum
corrigere debet, qui älios ad be-
nè vivendum admonere studet; itä
ne vivendum semetipsum formam
vivendi præbeat, cunctosque ad
bonum opus, & doctrinâ, & öpe-
re provöcet. Cui etiam scientia
Scripturarum necessaria est. Quia
si Episcopi tantum sancta sit vita,
sibi soli prodest, sic vivens. Porö
si & doctrinâ, & sermone fuerit
eruditus, potest ceteros quoque ins-
truire, & docere suos, & adversä-
rios repercutere, qui nisi refutati
fuerint, atque convicti, facile pos-

sunt simplicium corda pervertere.
R. Amavit eum Dominus, & ornävit
eum: stolam glöriæ induit eum,
& Et ad portas paradisi coronavit
eum. **V.** Induit eum Dominus lor-
icam fidei, & ornävit eum. Et ad.

Lectio viii.

Hujus sermo debet esse purus,
simplex, apertus, plenus gra-
vitatís, & honestätis, plenus suävi-
tatís, & grätia, tractans de suävi-
tätio legis, de doctrinâ fidei, de vir-
tütè continëntia, de disciplina jus-
titia: unumquemque admonens
diversä exhortatiöne, juxta pro-
fessionem morumque qualitatem,
scilicet, ut pränoscat quid, cui,
quando, vel quomodo proferat. Cuius
præ cæteris speciale officium est,
Scripturas legere, percurrere Cäno-
nes, exempla Sanctorum imitari,
vigiliis, jejuniiis, orationibus in-
cumbere, cum fratribus pacem
habere, nec quemquam de mem-
bris suis discerpere, nullum dam-
nare, nisi comprobatum; nullum
excommunicare, nisi discussum,
Quique ita humilitate pariter, &
auctoritate præesse debet, ut neque
per nimiam humilitatem suam sub-
ditorum vitia convallescere faciat,
neque per immoderantiam severi-
tätis potestatem exerceat, sed tan-
to cautius erga commissos sibi,
quandö duritias ä Christo indagari
formidat.

R. In medio Ecclesiæ aperuit os
ejus. **V.** Et implevit eum Dominus
spiritu sapientia & intellectüs.
V. Jucunditatem & exultationem
thesaurizavit super eum. Et imple-
vit. Glöria Patri. Et implevit.

Lectio ix.

Tenèbit quoque illam super-
eminentem donis ömniibus cha-
ritatem, sinè qua omnis virtus ni-
hil est. Custos enim castitatis cha-
ritas, locus autem hujus custodis
hu-

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Vincéntius honestä stirpe Va-
lentiä in Hispania natus,
qui dum calligini hujus sæculi
labilem cursum pro ingenii sui mó-
dulo consideraret, religiönis hä-
bitum in Ordine Prædicatörum déci-
mo octavo ætatis sue anno sus-
cepit; & emissa solemnî profes-
sione, sacris litteris sedulo incumbens,
Theologiæ lauream summa
cum laude consecutus est. Mox obtē-
tā ä superioribus licentiä, verbum
Dei prædicare, Judæorum
perfidiam arguere, Saracenorum
errores confutare tantä virtutè &
efficaciä cepit, ut ingentem ip-
sorum infidelium multitudinem ad
Christi fidem perduxerit, & mul-
ta Christianörum millia ä peccatis
ad penitentiäm, ä vitiis ad
virtutem revöcarit. Electus enim
ä Deo, ut mönita salutis in om-
nes gentes, tribus, & linguas dif-
funderet, & extremi tremendique
judicii diem appropinquare ostē-
deret, ömniumpöpuli animos
terrore concussos, atque ä terrenis
affectibus avulsos, ad Dei amorem
excitabat.

R. Honestum fecit illum Dominus,
& custodivit eum ab inimicis, & ä
seductöribus tutavit illum: Et de-
dit illi claritatem æternam. **V.** Jus-
tum deduxit Dominus per vias rec-
tas, & ostēdit illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

In hoc autem Apostölico mune-
re hic vitæ ejus tenor perpetuus
fuit. Quotidie Missam summo ma-
ne cum cantu celebravit; quotidie
ad pöpulum concionem häbit; in-
violabilem semper jejunium, nisi ur-
gens adesset necessitas, servavit;
sancta & recta consilia nulli denegä-
vit; carnes nunquam comedit. nec

Lz 4

humilitas. Habèbit etiam inter hæc
ömnia castitatis eminentiam; itä
ut mens Christo dedita, ab omni
inquinamento carnis sit munda, &
libera. Inter hæc oportèbit cum sol-
licita dispensatiöne curam pæpe-
rum gerere, esurièntes pascere,
vestire nudos, suscipere peregrinos,
captivos redimere, viduas ac pu-
pillas tueri, pervigilem in cunctis
exhibere curam, providentiäm hä-
bere distributione discretä. In quo
etiam hospitalitas itä erit præcipua,
ut omnes cum benignitate, &
charitate suscipiat. Si enim omnes
fideles illud Evangelium audire de-
siderant, Hospes sui, & suscepisti
me: quandö magis Episcopus, cujus
diversörum cunctörum debet esse
receptaculum?

Te Deum laudamus. 13.

*Vesperæ ä Capitulo de sequenti,
cum Commemoratione præcedentis.*

DIE V. APRILIS.

**In Festo Sancti Vincentii Ferrerii
Confessoris.**

Duplex.

**Omnia de Communi Confessoria
non Pontificis. Ixxij. præter se-
quentia.**

Oratio.

Deus, qui Ecclesiäm tuam beä-
ti Vincéntii Confessoris tui
meritis & prædicatione illustrare
dignatus es: concede nobis famu-
lis tuis; ut & ipsius instruamur
exemplis, & ab ömniibus ejus pa-
tröcinio liberemur adversis. Per
Döminum.

**Si celebretur in Quadragesima
fit Commemoratio Ferie.**

**Lectiones primi Nocturni de
Scriptura occurrente: sed si venerit
in Quadragesima Lectiones erunt
Beätus vir, de Communi Confesso-
ris non Pontificis. Ixxxj.**

vestem lineam induit; populorū jurgia sedavit, dissidentia regna pace composuit: & cum vestis inconsutilis Ecclesiæ diro schismate scinderetur, ut uniretur, & unita servaretur, plurimū laboravit. Virtutibus omnibus claruit, suosque detractores & persecutores, in simplicitate & humilitate ambulans, cum mansuetudine recepit, & amplexus est.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum: **V.** Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. Et ad.

Lectio vi.

Per ipsum divina virtus, in confirmationem vite & predicationis ejus, multa signa & miracula fecit. Nam frequentissime super aegros manus imposuit, & sanitates adepti sunt: spiritus immundos & corporibus expulit: surdis auditum, mutis loquelam, cæcis visum restituit, leprosos mundavit, mortuos suscitavit. Senio tandem & morbo confectus infatigabilis Evangelii præco, plurimis Europæ provinciis cum ingenti animarum fructu peragravit, Venetiæ in Britannia minori prædicationis & vite cursum feliciter consummavit, anno salutis millésimo quadringentesimo decimo nono; quem Callistus Tertius Sanctorum numero adscripsit.

R. Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit eum: Ingrédere in requiem meam: Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia, Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Sint lumbi vestri præcincti, de Communi Confessoris non Pontificis. lxxv.

DIE XI. APRILIS.

In Festo Sancti Leonis Papæ Confessoris & Doctoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoria Pontificis. lix. præter sequentia. In utrisque Vesperis ad Magnificat, Ant. O Doctor optime. Oratio.

R. Audi, quæsumus Domine, preces nostras, quas in beati Leonis Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, ejus intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolvè peccatis. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

In primo Nocturno.

Incipit Epistola prima beati Petri Apostoli.

Lectio j.

Cap. i.

Petrus Apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, secundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam, & aspersionem sanguinis Jesu Christi: Grátia vobis, & pax multiplicetur. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conservatam in oculis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam revelari in tempore novissimo.

R. Euge serve bone & fidelis, qui in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: * Intra in gaudium Domini tui. **V.** Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum. Intra.

Lect.

Lectio ij.

In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus: ut probatio vestrae fidei multò pretiosior auro (quod per ignem probatur) inveniat in laudem, & gloriam, & honorem in revelatione Jesu Christi: quem cum non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes, creditis: credentes autem exultabitis lætitiâ inenarrabili, & glorificatâ: reportantes finem fidei vestrae, salutem animarum. De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophætæ, qui de futura in vobis grátia prophetaverunt: scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænantians eas quæ in Christo sunt passionés & posteriores glórias: quibus revelatum est quia non sibi metipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nunciata sunt vobis per eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de celo, in quem desiderant Angeli prospicere. **R.** Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: * Ideò jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. **V.** Benedictiōnem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. Ideò.

Lectio iij.

Propter quod succincti lumbos mentis vestrae, sobrii perfectè sperate in eam, quæ offertur vobis, grátiam, in revelationem Jesu Christi: quasi filii obedientiæ, non configurati prioribus ignorantia vestra desideris: sed secundum eum, qui vocavit vos, Sanctum, & ipsi in omni conversatione sancti sitis: quoniam scriptum est: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et si patrem invocatis eum, qui sine acceptiōne personarum judicat secundum unius-

cujusque ópus, in timóre incolatús vestri tempore conversamini. Sciéntes quòd non corruptibilibus auro, vel argénto redempti estis de vana vestra conversatiōe patérnæ traditiōnis: sed pretiósò sanguine quasi agni immaculatí Christi, & incontaminatí: præcognití quidem ante mundi constitutiōnem, manifestatí autem novissimis tempóribus propter vos, qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitavit eum à mórtuis, & dedit ei glóriam, ut fides vestra & spes esset in Deo.

R. Juravit Dominus, & non penitèbit eum: * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. **V.** Dixit Dominus Dominum meo, sede à dextris meis. Tu es. Glória Patri. Tu es.

In ij. Nocturno. **Lectio iv.**

Leo Primus, Etruscus, eo tempore prælit Ecclesiæ, cum Rex Hunnorum Attila, cognomento Flagellum Dei, in Italiam invadens, Aquilèjam triennii obsidione captam, diripuit & incendit: undè cum Romam ardenti furóre raperetur, jamque còpias, ubi Mancius in Padum influit, trajicere pararet, occurrít ei Leo, malorū Italiæ independentium misericordiâ permotus: cujus divina eloquentiâ persuasum est Attilæ, ut recederetur. Quod interrogatus à suis, quid esset, quòd præter consuetudinem tam humiliter Romani Pontificis imperatâ faceret, respondit, se asstantem quemdam alium, illo loquente, sacerdotali habitu veritum esse sibi stricto gladio minitante mortem, nisi Leoní obtemperaret. Quare in Pannoniam reversus est.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocèbit ei. Manus. **Lect.**

Lectio v.

Leo autem Romæ singulari ómnium lætitiã excæptus, paulò post invadenti Urbem Gensericò, eadẽ eloquentiã vi, & sanctitatis opiniõne persuasit, ut ab incendio, ignominii, ac cædibus abstineret. Sed eum Ecclesiã à multis hæresibus oppugnari, maximequẽ à Nestorianis, & Eutychianis exagitari videret, ad eam purgandam, & in fide Catholica confirmandam, Concilium Chalcedonense indixit. Ubi sexcentis triginta coactis Episcopis, Eutyches, & Dioscorus, & iterum Nestorius condemnati sunt: eisdemque Concilii decreta sua auctoritate confirmavit.

R. Postiadjutoriũ super potentem, & exaltãvĩ electum de plebe mea: Manus enim mea auxiliabitur ei.

V. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vj.

His actis, sanctus Põntifex se ad reficiendas, & edificandas Ecclesiã convertit. Cujus suasu Demetria, pia femina, Sancti Strophani Ecclesiã construxit in suo fundo via Latinã, tertio ab Urbe milliario: ipse via Appiã sub nomine Sancti Cornelliã alteram condidit. Multas præterea & sacras aedes, & sacra earum vasa restituit. In tribus Basilicis, Petri, Pauli, & Constantiniana, cameras extruxit: edificavit Monasterium vicinum Basilicæ Sancti Petri: sepulchris Apostolorum custodẽs adhibuit, quos cubicularios appellavit. Statuit, ut in actione mysterii diceretur, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Sanxit, ne Mõnacha benedictum capitis velamen reciperet, nisi quadraginta annorum virginitatem probasset. His & aliis præclarè gestis, cum multa sanctè & luculenter scripsisset, tertio Idus Aprilis obdormivit in Dõ-

mino. Sedit in Pontificatu annos viginti, sedecim, dies viginti octo.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terrarum doctrinã ejus replẽta est: Ipse intercedat pro peccatis ómnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Glõria Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 16. b

In illo tempore: Venit Jesus in partes Cæsariæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? Et reliqua.

Homilia Sancti Leonis Papæ. Sermone 2. in annivers. Assumpti. sub, ante medium.

Cum sicut Evangelicæ lectione reseratum est, interrogasset Dominus discipulos, quem ipsum, multis diversa opinantibus, crederent, respondissetque beatus Petrus, dicens: Tu es Christus Filius Dei vivi: Dominus ait: Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est: & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiã meam, & portæ inferi non prævalẽbunt adversus eam, & tibi dabo claves regni cœlorum: & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis. Manet ergo dispositio veritatis, & beatus Petrus in accepta fortitudine petrae perseverans, suscepta Ecclesiæ gubernacula non reliquit.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. **V.** Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus lor-

ri-

ricam fidei, & ornavit eum. Et ad.

Lectio vij.

In universa namque Ecclesiã, Tu es Christus Filius Dei vivi, quotidie Petrus dicit: & omnis lingua, quæ confitetur Dominum, magisterio hujus vocis imbuitur. Hæc fides diabolum vincit, & captivum ejus vincula dissolvit. Hæc erutus inferi adversus eam prævalere non possunt. Tantã enim divinitus soliditate munita est, ut eam neque hæretica unquam corrumpere prævitas, nec pagana potuerit superare perfidia. His itaque modis dilectissimi, rationabili obsequio celebratã hodierna festivitatis, ut in perena humilitatis meæ ille intelligatur, ille honoretur, in quo & ómnium pastorum sollicitudo, cum commendatarum sibi óvlum custodia perseverat, & cujus etiam dignitas in indigno hæredẽ non deficit.

R. In medio Ecclesiæ aperuit os ejus, & implẽvit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus. **V.** Jucunditatem & exultationem thesaurizat super eum. Et implẽvit. Glõria Patri. Et implẽvit.

Lectio ix.

Cum ergo cohortationes nostras auribus vestrae sanctitatis adhibemus, ipsum vobis, cujus vice fungimur, loqui credite: quia & illius vos affectu monemus, & non aliud vobis, quam quod docuit, prædicamus: obsecrantes, ut succincti humbos mentis vestrae, castam & sobriam vitam in Dei timore ducatis. Corona mea, sicut Apóstolus ait, & gaudium vos estis, si fides vestra, quæ ab initio Evangelii in universo mundo prædicata est, in dilectione & sanctitate permanserit. Nam licet omnem Ecclesiã, quam in toto est orbe terrarum, cunctis oporteat florere virtutibus: vos tamen præcipue inter

cæteros populos decet méritis pietatis excellere, quos in ipso Apostolicæ petrae arce fundatos, & Dominus noster Jesus Christus cum ómnibus redemit, & beatus Apóstolus Petrus præ ómnibus erudit.

Te Deum laudamus. 13.

DIE XIII. APRILIS.

In Festo S. Hermenegildi Martyris. Semiduplex.

Omnia de Comuni unius Martyris, præter ea, quæ sequuntur.

Si in primis Vesperis hujus Festi ob aliquam causam sequens Hymnus Regali sólo, dicendus non sit, tunc ponatur ad Matutinum & Hymnus Marutini Nullis te genitor, substituendus est in Laudibus.

Alias, in utrisque Vesperis & Laudibus.

Hymnus.

Regali sólo fortis Iberiæ, Hermenegilde jubar, glõria Martyrum, Christi quos amor almisi Cœli catibus inserit.

Ut perstas patiens, pollicitum Deo Servans obsequium! quo potiũs tibi

Nil propõnis, & arces

Cautus nõxia, quæ placent.

Ut motus cõhibes, pãbula qui parant

Surgentes vitii, non dũbios agens

Per vestigia gressus,

Quo veri via dirigit!

Sit rerum Dõmino jugis honor Patri,

Et Natum celebrent ora precantium,

Diviniquæ supremis

Flamen laudibus efferant. Amen.

Oratio.

DEus, qui beatum Hermenegildum Martyrem tuum cœlesti Regno terrenum postpõnere voluisti: da quæsumus nobis ejus exemplo

plo caduca despiciere, atque æterna sectari. Per Dóminum.

Si celebretur in Quadragesima, fit Commemoratio Ferie in utrisque Vesperis & Laucibus.

Ad Matutinum, nisi dicendus sit precedens Hymnus Regáli sólio, dicitur sequens

Hymnus.

Nullis te genitor blanditiis trahit,

Non vitæ cæperis divitis ótio,
Gemmarumve nitóre,

Regnandive cupidine.

Diris non ácies te gládii minis,

Nec terret perimens carnificis furor:

Nam mansúra caducis

Praefers gaudia Cœlitem.

Nunc nos è Superum prótege sé-

dis

Clemens, atque preces, dum cá-

nimus tuá

Quæsitam nece palmam,

Pronis auribus excipe.

Sit rerum Dómino jugis honor

Patri,

Et Natum celebrent ora precán-

tium,

Divinumque suprémis

Flamen laudibus éfferant.

Amen.

In primo Nocturno, si celebre

in Quadragesima, Lectiones

Fratres, Debitóres sumus non carni,

de Comuni plurim. Martyrum. I.

Si verò post Pascha, Lectiones

de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex libro Dialogórum S. Gregórii

Pape.

Lib. 3. cap. 31.

Lectio iv.

Hermenegildus rex, Leovigildi

regis Visigothórum filius, ab

Ariana hæresi ad fidem Cathólicam

viro reverendissimo Leándro Hispa-

lénsi Episcopo, dudum mihi in ami-

citii familiáriter juncto, prædicán-
te, conversus est. Quem pater Ariá-
nus, ut ad eámdem hæresim rediret,
& præmiis suadere, & minis terrere
conatus est. Cúmque ille constantis-
simè responderet, numquam se ver-
ram fidem posse relinquere, quam
semel agnovisset: irátus pater eum
privávit regno, rebúsque expoliávit
omnibus. Cúmque nec sic virtutem
mentis illius emollire valuisse, in
arcta illum custódiá conclúdens, col-
lum manúsque illius ferro ligávit.
Cœpit itaque Hermenegildus rex ju-
venis terrénum regnum despiciere, &
forti desidério cœlestè quærens, &
in cilicis vinculátus jacens, omnipotén-
ti Deo, ad confortándum se, pre-
ces éffundere, tantóque sublimis
glóriam transeúntis mundi despice-
re, quantò & religátus agnovèrat
nihíl fuisse, quod potuèrit auferri.

R. Honéstum fecit illum Dóminus,
& custodivit eum ab inimicis, & á
seductóribus tuávit illum: **V.** Et de-
dit illi claritátem æternam. **V.** Des-
cenditque cum illo in fóveam, & in
vinculis non dereliquit eum. Et de-
dit.

Tempore Paschali. R. Lux per-
pétua lucébit sanctis tuis Dómine,
& *Et æternitas témporum, alleluia,*
alleluia. V. Lætitia sempiterna erit
super capita eórum, gaudium &
exultatióem obtinébunt. Et.

Lectio v.

Superveniente autem Pascháls
festivitátis die, intempèstæ noc-
tis siléntio, ad eum pèrfidus pater
Ariánus Episcopus misit, ut ex
ejus manu sacrilegæ consecratiónis
communióem perciperet, atque per
hoc ad patris grátiam redire mere-
rétur. Sed vir Deo deditus, Ariáno
Episcopo veniénti exprobrávit, ut
debuít, ejúsque à se pèrfidiam dignis
increpatióibus repulit: quia etsi
extèrius jacébat ligátus, apud se tam-

men

men in magno mentis cúlmine sta-
bat securus. Ad se itaque reverso
Episcopo, Ariánus pater infrémittit,
statimque suos apparitóres misit,
qui constantissimum Confessórem
Dei illic ubi jacébat, occiderent;
quod & factum est. Nam mox ut
ingressi sunt, securim cèrebro ejus
ingéntes, vitam córporis abstulé-
runt; hocque in eo valuerunt per-
imere, quod ipsum quoque, qui
perémptus est, in se constiterat
despexisse. Sed pro ostendénda ve-
ra ejus glória, supérna quoque non
desuère miracula. Nam cœpit in
noctúrno siléntio psalmódia: cantus
ad corpus ejúsdem Regis & Mártis-
ris audiri: atque idè veraciter Re-
gis, quia & Mártis.

R. Desidérium ánimæ ejus tribuisti
et Dómine, **V.** Et voluntáte labiórum
ejus non fraudasti eum. **V.** Quó-
niam pravenisti eum in benedictió-
nibus dulcedinis: posuisti in cápite
ejus corónam de lapide pretiósio. Et
voluntáte.

Tempore Paschali. R. In servis
suis, alleluia. **V.** Consolabitur Deus,
alleluia. **V.** Judicabit Dóminus pó-
pulum suum, & in servis suis. Con-
solabitur.

Lectio vi.

Quidam etiám ferunt, quòd il-
lic noctúrno témpore accensæ
lámpades apparébant. Undè
& factum est, quatenus corpus illius,
ut videlicet Mártis, jure á cunctis
fidélibus venerári debuisset. Pater
vero pèrfidus, & parricida commó-
nè pœnitentiá, hoc fecisse se dóluit,
nec tamen usque ad obtinéndam sa-
lútem penituit. Nam quia vera esset
Cathólica fides agnovit, sed gentis
suz timóre pertérritus, ad hanc
pervenire non méruit. Qui, obór-
tá agritudine, ad extrémam pèrdictus
est, & Leándro Episcopo, quem
priús vehemèter afflixerat, Recca-

réndum regem filium suum, quem in
sua hæresi reliquébat, commendá-
re curávit, ut in ipso quoque talia
faceret, quála & in fratre suis ex-
hortatióibus fecisset. Qua commenda-
tióne expléta, defunctus est. Post
cujus mortem Reccarédus rex non
patrem pèrfidum, sed fratrem márti-
tyrem séquens, ab Ariána hæresèus
pravitáte convèrsus est, totámque
Visigothórum gentem ita ad veram
perduxit fidem, ut nullum in suo
regno militáre permitteret, qui regni
Dei hostis existere per hæreticam
pravitátem non timéret. Nec mirum
quod verè fidei prædicátor factus
est, qui frater est Mártis: cujus
hunc quoque mérita ádjuvant, ut
ad omnipoténtis Dei grémium tam
multos redúcat.

R. Stólá jucunditátis induit eum
Dóminus: **V.** Et corónam pulchri-
túdinis pósuit super caput ejus.
V. Cibávit illum Dóminus pane vi-
tæ & intelléctus: & aquá sapiéntie
salutáris potávit illum. Et corónam.
Glória Patri. Et.

Tempore Paschali. R. Filia Jeru-
salem, venite, & videte mártires
cum corónis, quibus coronávit eos
Dóminus, **V.** In die solemnitatís &
lætitie, alleluia. **V.** Quóniam con-
fortávit seras portárum tuárum, be-
nedixit filios tuos in te. In die so-
lemnitatís. Glória Patri. In die.

*In tertio Nocturno Homilia Sancti
Gregorii Pape in Evangelium
Si quis venit ad me, de Comuni
unius Mart. xxix. Si celebretur in
Quadragesima nona Lectio de Ho-
milia Ferie occurrentis.*

Si autem celebretur tempore Pas-
chali, omnia dicuntur ut in Com-
muni unius Martyris tempore Pas-
chali, præter Hymnos, Oratio-
nem, & Lect. ij. & iij. Nocturni, ut
supra.

In ij. Vesperis fit Commem. sequent.
COM-

COMMUNE SANCTORUM
Sanctorum tempore Paschali ha-
betur cum aliis Communiibus ut in-
fra. xxxvij.

DIE XIV. APRILIS.

Sanctorum Martyrum Tiburtii,
Valeriani & Maximi.

Oratio.

Praesta, quæsumus omnipotens
Deus, ut qui sanctorum Mar-
tyrum tuorum Tiburtii, Valeriani
& Maximi sollemnia colimus; eor-
um etiam virtutes imitemur. Per
Dominum nostrum Jesum Chris-
tum Filium tuum, qui tecum vivit
& regnat.

Lectio ij.

Valerianus Romanus, nobili
genere ortus, Alexandro Se-
vero Imperatore, hortatu beate
Ceciliæ Virginis, quam sibi pari
nobilitate uxorem despenderat, una
cum Tiburtio fratre à Sancto Ur-
bano Papa baptizatur. Quos ubi
praefectus Urbis Almachius Chris-
tianos esse cognovit, & patrimonio
pauperibus distributo, Christiano-
rum corpora sepelire, acerteros
graviter reprehendit: atque ubi
Christum Deum constanter confi-
tentes, deos autem demoniorum
inania simulacra predicantes videt,
virgis caedi jubet.

Lectio iij.

Sed cum verberibus cogi non
possent, ut Jovis simulacrum
venerarentur, immo fortes in fidei
veritate permanentes, ad quartum
ab Urbe lapidem securi feriuntur.
Quorum virtutem admiratus Maxi-
mus Praefecti cubicularius, qui eos
ad supplicium perdaxerat, Christi-
anum se esse professus est, cum mul-
tis praeterea Praefecti ministris: qui
paulo post plumbatis contusi, om-
nes ex diaboli ministris, Christi Do-
mini Martyres evaserunt.

Te Deum laudamus. 13.

DIE XVII. APRILIS.

Sancti Aniceti Papæ & Martyris.
Oratio.

Deus, qui nos beati Aniceti
Martyris tui atque Pontificis
annua solemnitate lætificas: concè-
de propitius, ut cujus natalitia colim-
us, de ejusdem etiam protectione
gaudeamus. Per Dominum.

Lectio iij.

Anicetus Syrus, Imperatore
Marco Aurélio Antonino,
praefuit Ecclesiæ. Decrevit, ne Clé-
rici comam nutrent. Quinquies
mense Decembri ordinavit Presby-
teros decem & septem, Diaconos
quatuor, Episcopos per diversa loca
novem. Vixit in Pontificatu an-
nos octo, menses octo, dies viginti
quatuor. Propter Christi fidem mar-
tyrio coronatus, sepultus est via
Appiæ in cœmeterio, quod postea
Callisti appellatum est, decimoquin-
to Kalendas Majas.

Te Deum laudamus. 13.

DIE XXI. APRILIS.

In Festo Sancti Anselmi Episcopi
Confessoris & Doctoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris
Pontificis, lix. præter ea, quæ
hic habentur.

Ad Magnificat in utrisque Vespè-
ris, Añs. O Doctor optime, Eccle-
siæ sanctæ lumen, beate Anselme,
divina legis amator, deprecare pro
nobis Filium Dei, alleluia.

Oratio.

Deus, qui populo tuo æternæ
salutis beatum Anselmum mi-
nistrum tribuisti: præsta quæsu-
mus; ut quem doctorem vitæ ha-
buimus in terris, intercessorem ha-
bere mereamur in caelis. Per Domi-
num nostrum.

In primo Nocturno Lectiones
Sapientiam omnium antiquorum,
ut in Communi Doctorum. lix.

In

In ij. Nocturno.

Lectio iv.

Anselmus Augustæ Prætoriae in
finibus Italiae Gundulpho, &
Ermembèrga nobilibus, & Catholi-
cis parentibus natus, à teneris annis
assiduo litterarum studio, atque per-
fectioris vitæ desiderio, non obscu-
rum futuræ sanctitatis, & doctrinæ
specimen dedit. Et licet juvenili ar-
dore aliquando ad sæculi illicebros
traheretur, brevi tamen in pristinam
viam revocatus, patriâ, & bonis
omnibus derelictis, ad Monasterium
Beccense Ordinis Sancti Benedicti
se contulit: ubi emissâ regulari pro-
fessione sub Herluino Abbate ob-
servantissimo, & Lanfranco viro
doctissimo, tanto animi fervore, &
jugi studio in litteris, & virtutibus
asequendis profecit, ut mirum in mo-
dum tanquam sanctitatis, & doctrinæ
exemplar ab omnibus haberetur.
R. Inveni David servum meum,
oleo sancto meo unxi eum: * Manus
enim mea auxiliabitur ei, alleluia.
V. Nihil proficiet inimicus in eo,
& filius iniquitatis non nocēbit ei.
Manus.

Lectio v.

Abstinentiæ, & continentiae tan-
tae fuit, ut assidue jejuniis
omnis penè ciborum sensus in eo vi-
deretur extinctus. Diurno enim tēp-
ore, in exercitiis monasticis docēdo,
& respondēdo variis de reli-
gione quæsitis, emēso, quod reli-
quum erat noctis, somno subtra-
hebatur, ut divinis meditationibus,
quas perenni lacrymarum imbre fo-
vebatur, mentem recrearet. Electus in
priorem Monasterii, invidos fratres
ita charitate, humilitate, & prudētia
lenivit, ut, quos æmulos accēperat
sibi, & Deo amicos maximo
cum regularis observantiae emul-
mento redderet. Mortuo Abbate,
& in ejus locum (licet invitus) suf-
fectus, tantæ doctrinæ, & sanctitatis

famâ ubique refulsit, ut non modò
Régibus, & Episcopis venerationi
esset, sed Sancto Gregório Séptimo
etiam acceptus, qui tunc magnis
persecutionibus agitatus, litteras
amoris plenas ad eum dedit, quibus
se, & Ecclesiám Catholicam ejus
orationibus commendabat.

R. Posti adjutorium super potē-
tem, & exaltavi electum de plebe
mea: * Manus enim mea auxilia-
bitur ei. **V.** Inveni David servum
meum, oleo sancto meo unxi eum.
Manus enim.

Lectio vi.

Desūcto Lanfranco Archiep-
scopo Cantuariensi, ejus olim
praepetore, Anselmus, urgens Wil-
lélmo Angliæ rege, & instantibus
Clero, ac populo, ipso tamen repug-
nante, ad ejusdem Ecclesiæ régi-
men vocatus, statim (ut corruptos
populi mores reformaret) verbo,
& exemplo prius, dein scriptis, &
Conciliiis celebratis, pristinam disci-
plinam reduxit. Sed cum mox idem
Willélmus rex vi, & minis Ecclesiæ
jura usurpare tentasset, ipse sacerdot-
ali constantia restitit; bonorumque
directionem, & exilium passus,
Romam ad Urbānum Secundum se
contulit, à quo honorificè exceptus,
& summis laudibus ornatus est,
cū in Barēnsi Concilio Spiritum
sanctum etiam à Filio procedentem
contra Græcorum errorem innu-
meris Scripturarum, & Sanctorum
Patrum testimoniis propugnasset.
E vivis Willélmo sublato, ab Hen-
rico rege ejus fratre in Angliam re-
vocatus, obdormivit in Domino,
famam non solum miraculorum, &
sanctitatis (praecipue ob insignem
devotionem erga Domini nostri
passionem, & beatam Virginem ejus
matrem) assecutus, sed etiam doc-
trinae, quam ad defensionem Chris-
tiā-

tiāne religiōnis, animarū profectum, & omnium Theologorum, qui sacras litteras scholasticā methodo tradiderunt, normam cœlestis hausisse ex ejus libris omnibus apparet.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terrae doctrinā ejus repleta est. **V.** Ipse intercedat pro peccatis omnium populorū, alleluia. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervēnit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundam Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 5. b

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarii Episcopi.

Comm. in Math. can. 4. post initium.

Vos estis sal terræ: quod si sal infatuatum fuerit, ad nihilum valet id quod salietur. Sal, ut arbitror, terræ nullum est. Quomodo ergo Apostolos sal terræ nuncupavit? Sed proprietates est quarēnda dictorum, quam & Apostolorum officium, & ipsius salis naturā monstrabit. Sal est in se uno continens aqua, & ignis elementum, & hoc ex duobus est unum.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam glorie induit eum,

Et ad portas paradisi coronavit eum, alleluia. **V.** Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. Et.

Lectio vij.

Hic igitur in omnem usum humani generis effectus, incorruptionem corporibus, quibus fuerit aspersus, impertit, & ad omnem sensum conditū saporis aptissimus est. Apostoli autem sunt rerum cœlestium prædicatores, & æternitatis velut satores, immortalitatem omni-

bus corporibus, quibus eorum sermo aspersus fuerit, conferentes. Merito igitur sal terræ nuncupati sunt, per doctrinā virtutem salendi modo æternitatis corpora reservantes.

R. In medio Ecclesiæ aperuit os ejus, & implēvit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus, alleluia. **V.** Jucunditatem & exultationem thesaurizavit super eum. Et implēvit. Gloria Patri. Et implēvit.

Lectio ix.

Sed natura salis semper eadem est, nec immutari unquam potest. Verum quia conversioni homo subjacet; & solus beatus, qui usque ad finem in omnibus Dei operibus permanserit: ideo eos sal terræ nuncupatos monet in tradita sibi potestatis virtute persistere, ne infatuati nihil saliant, & ipsi, sensu accepti saporis amisso, vivificare corrupta non possint, & projecti de Ecclesiæ promptuariis, cum his quos salerint, pedibus incedentium proterantur.

Te Deum laudamus. 13.

In ij. Vesperis Comm. sequentis.

DIE XXII. APRILIS.

In Festo Sanctorum Soteris & Cail Pontificis & Martyrum.

Semiduplex.

Omnia de Communi Martyrum tempore Paschali, xxxvij. præter ea, quæ sequuntur.

Oratio.

Beatōrum Mārtyrum, pariterque Pontificum Soteris & Cail, nos, quæsumus Domine, festa tueantur: & eorū commendet oratio veneranda. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In ij. Nocturno.

Lectio iv.

Soter, Fundis in Campānia natuus, sancivit, ne sacre virgines vasa sacra & pallas attingerent, neve thuris ministerio in Ecclesia

ue-

uterentur. Idem statuit, ut Christi corpus in Cœna Domini sumeretur ab omnibus, iis exceptis, qui propter grave peccatum id facere prohiberentur. Sedit in Pontificatu annos tres, menses undecim, dies decem & octo: martyrio coronatus sub Marco Aurēlio Imperatore, & in cœmetērio, quod postea Callisti dictum est, sepelitur, more majorum, mense Decēmbri creatis Presbyteris decem & octo, Diaconis novem, Episcopis per diversa loca undecim.

R. Lux perpetua lucēbit Sanctis tuis Domine, Et æternitas temporum, alleluia, alleluia. **V.** Lætitia sempiterna erit super capita eorū, gaudium & exultationem obrinebunt. Et æternitas.

Lectio v.

Cajus Dalmata, ex genere Diocletiani Imperatoris, constituit, ut his Ordinum & honorum gradibus in Ecclesiā ad Episcopatum ascenderetur: Ostiarū, Lectōris, Exorcistæ, Acolythi, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri. Hic Diocletiani crudelitatem in Christianos fugiens, aliquādiu in spelunca delituit: verum octo post annis unā cum Gabino fratre martyrii coronam consecutus est, cum sedisset annos duodecim, menses quatuor, dies quinque, creatis mense Decēmbri Presbyteris viginti quinque, Diaconis octo, Episcopis quinque. Sepultus est in cœmetērio Callisti, decimo Kalendas Maii. Ejus memoriā Urbēndus Augustus in Urbe renovavit, dirutam Ecclesiā restituit titulo, statione, & ipsius reliquias decoravit.

R. In servis suis, alleluia. **V.** Consolabitur Deus, alleluia. **V.** Judicabit Dominus populum suum, & in servis suis. Consolabitur Deus.

Part. Hyemalis.

Sermo Sancti Ambrōsii Episcopi. Lectio vj.

Serm. 22.

Dignum & congruum est, fratres, ut post lætitiā Paschæ, quam in Ecclesiā celebravimus, gaudia nostra cum Sanctis Martyribus conferamus: & iis annuntiemus Dominiæ resurrectionis gloriā, qui consortes sunt Dominiæ passionis: Qui enim socii sunt contumeliæ, debent & participes esse lætitiæ. Ita enim dicit beatus Apostolus: Sicut socii passionum estis, & resurrectionis eritis: si tolerabimus, inquit, & conregnabimus. Qui ergo toleraverunt mala propter Christum, debent & gloriā habere cum Christo.

R. Filia Jerusalem, venite, & videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus, & in die solemnitatis & lætitiæ, alleluia. **V.** Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die, Gloria Patri. In die.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Augustini Episcopi in Evangelium Ego sum vltis, vos palmites. de Communi Martyrum tempore Paschali. xvij.

In Vesperis a Capitulo fit de Sancto Georgio.

DIE XXIII. APRILIS.

In Festo Sancti Georgii Martyris.

Semiduplex.

Omnia de Communi Martyrum tempore Paschali, xxxvij. præter sequentia.

Oratio.

Deus, qui nos beati Georgii Martyris tui meritis & intercessionē lætificas: concede propitius; ut qui tua per eum beneficia poscimus, dono tue gratiæ consequamur. Per Dominum.

Deinde fit Commemoratio SS. Soteris & Cail, Antiphona. Sancti & justi in Domino gaudent, alleluia: vos elegit Deus in hereditatem sibi,

Aaa

al-

alleluia. *Y.* Pretiosa in conspectu Domini, alleluia. *R.* Mors Sanctorum eius, alleluia.

Oratio. Beatorum Martyrum, ut supra. 736.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.
De Epistola S. Cypriani Episcopi & Martyris, ad Martyres & Confessores.

Lectio iv. *Lib. 2. Epist. 6.*
Quibus ego vos laudibus praedicem, fortissimi Martyres? robor pectoris vestri, & perseverantiam fidei, quae praecio vocis exornet? Tolerastis usque ad consummationem gloriae durissimam quaestionem, nec cessistis supplicii, sed vobis potius supplicia cesserunt. Finem doloribus, quem tormenta non dabant, coronae dederunt. Laniena gravior ad hoc diu perseveravit, non ut stantem fidem deiceret, sed ut homines Dei ad Deum velocius mitteret.

R. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, * Et aeternitas temporum, alleluia, alleluia. *Y.* Letitia sempiterna erit super capita eorum: gaudium & exultationem obtinebunt. Et aeternitas.

Lectio v.
Vidit admirans praesentium multitudine caeleste certamen, certamen Dei, certamen spirituale, praerium Christi: stetit servos eius voce libera, mente incorrupta, virtute divina, telis quidem saecularibus nudos, sed armis fidei ardentibus armatos. Steterunt torti torquentibus fortiores: & pulsantes ac laniantes ungulas, pulsata ac laniata membra supererunt. Inexpugnabilem fidem superare non potuit saeviens diu plaga repetita, quamvis rupta compage viscerum torquerentur in servis Dei

jam non membra, sed vulnera. Fluēbat sanguis, qui incēdium persecutionis extingueret, qui flammās & ignes gehēnae glorioso crude sopiret.

R. In servis suis, alleluia, * Consolabitur Deus, alleluia. *Y.* Iudicabit Dominus populum suum, & in servis suis. Consolabitur.

Lectio vi.
Quale illud fuit spectaculum Domino, quam sublime, quam magnum, quam Dei oculis sacramento ac devotione militis ejus acceptum! sicut scriptum est in Psalmis, Spiritu sancto loquente ad nos pariter & monente: Pretiosa est in conspectu Domini mors iustorum ejus. Pretiosa mors haec est, quae emit immortalitatem pretio sui sanguinis, quae accepit coronam de consummatione virtutis. Quam laetus illic Christus fuit, quam libens in talibus servis suis & pugnavit & vicit protector fidei, dans credentibus tantum, quantum se credit capere qui sumit, certamine suo adfuit, praelatores atque assertores sui nominis erexit, corroboravit, animavit. Et qui pro nobis mortem semel vicit, semper vincit in nobis.

R. Filiae Jerusalem, venite, & videbuntur Martires cum coronis, quibus coronavit eos Dominus, * In die solemnitatis & letitiae, alleluia, alleluia. *Y.* Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die. Gloria Patri. In die.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Augustini Episcopi in Evangelium. Ego sum vitis vera, de Communi Martyrum tempore Paschali, xlv.

DIE XXV. APRILIS.
In Festo Sancti Marci Evangeliste.
Duplex.
Omnia de Communi Apostolorum tem-

tempore Paschali. xvij. prater ea, quae hic assignantur.

Oratio.

DEus, qui beatum Marcum Evangelistam tuum Evangelicae praedicationis gratia sublimasti: tribue quaesumus; ejus nos semper & eruditione proficere, & oratione defendi. Per Dominum.

In primo Nocturno.
Incipit liber Ezechielis Prophetae.

Lectio i. *Cap. 1.*
ET factum est in trigésimo anno, in quarto, in quinta mensis, cum essem in medio captivorum iuxta fluvium Chobar, aperti sunt caeli, & vidi visiones Dei. In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigratiōnis regis Joachin, factum est verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldaeorum, secus flumen Chobar: & facta est super eum ibi manus Domini. Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis involvens, & splendor in circuitu ejus: & de medio ejus quasi species electri, id est, de medio ignis.

R. Beatus vir, qui metuit Dominum, alleluia. * In mandatis ejus cupit nimis, alleluia, alleluia, alleluia. *Y.* Gloria & divitiae in domo ejus, & justitia ejus manet in saeculum saeculi. In mandatis.

Lectio ij.
ET in medio ejus similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis. Quatuor facies uni, & quatuor pedes uni. Pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli, & scintilla quasi aspectus aris candentis. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor

partibus: & facies, & pennas per quatuor partes habebant. Junctaeque erant pennae eorum alterius ad alterum. Non revertebantur cum incederent: sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur.

R. Tristitia vestra, alleluia, * Convertetur in gaudium, alleluia, alleluia. *Y.* Mundus autem gaudet, vos vero contristabimini, sed tristitia vestra. Convertetur.

Lectio iij.
Similitudo autem vultus eorum: facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bobis, à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilae desuper ipsorum quatuor. Facies eorum, & pennae eorum extētae desuper: duae pennae singulorum jungebantur, & duae tēgebant corpora eorum: & unumquodque eorum coram facie sua ambulabat: ubi erat impetus spiritus; illuc gradiebantur, nec revertebantur cum ambularent.

R. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia, * Mors Sanctorum ejus, alleluia. *Y.* Custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur. Mors. Gloria Patri. Mors.

In secundo Nocturno.
Ex libro S. Hieronymi Presbyteri, de Scripturis Ecclesiasticis.

Lectio iv.
Marcus discipulus & interpres Petri, juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romae à fratribus, breve scripsit Evangelium. Quod cum Petrus audisset, & probavit, & Ecclesiae legendum sua auctoritate dedit. Assumpto itaque Evangelio quod ipse confecerat, perrexit in Aegyptum, & primus Alexandriae

Christum annūtiāns, cōstituit Ecclēsiā tantā doctrinā & vite cōtēntiā, ut omnes sectatōres Christi ad exēplum sui cōgeret.

R. Lux perpētua lucēbit Sanctis tuis Dōmine, * Et aeternitas tēporum, allelūia, allelūia. **V.** Lætitiā sempiterna erit super capita eōrum: gaudium & exultatiōnem obtinebunt. Et aeternitas.

Lectio v.

Denique Philo, disertissimus Judaeorum, videns Alexandriā primam Ecclēsiā adhuc iudicantem, quasi in laudem generis suae librum eorum conversatione scripsit. Et quomodo Lucas narrat, Jerosolyma credentes omnia habuisse communia: sic & ille, quod Alexandria sub Marco fieri doctore carnēbat, memoriae tradidit. Mōrtuus est autem octavo Nerōnis anno, & sepultus Alexandriae, succedente sibi Aniano.

R. Virtute magna reddēbant Apostoli, * Testimōnium resurrectionis Jesu Christi Dōmini nostri, allelūia, allelūia. **V.** Replēti quidem Spiritu sancto loquebantur cum fiducia verbum Dei. Testimōnium.

De Expositione S. Gregōrii Papae super Ezechielē Prophetam.

Homilia 3. lib. 1.

Lectio vj.

Sancta quātuor animalia, quae prophetiae spiritu futura praevidentur, subtili narratione describuntur, cum dicitur: Quātuor facies uni, & quātuor pennae uni. Quid per faciem, nisi notitia, & qui per pennas, nisi volatus exprimitur? Per faciem quippe unusquisque cognoscitur: per pennas vero in alium avium corpora sublevantur. Facies itaque ad fidem pertri-

net, penna ad contemplatiōnem. Per fidem namque ab omnipotenti Deo cognoscimur, sicut ipse de suis ovibus dicit: Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meae. Qui rursus ait: Ego scio quos elegerim. Per contemplatiōnem verò, quā super nosmetipsos tollimur, quasi in aera levāmur.

R. Isti sunt agni novelli, qui annuntiaverunt, allelūia: modo venerunt ad fontes, * Replēti sunt claritate, allelūia, allelūia. **V.** In conspectu Agni amicti sunt stolis albis, & palmae in manibus eorum. Replēti sunt. Glōria Patri. Replēti sunt.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 10.

In illo tempore: Designavit Dōminus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam, in omnem civitatem & locum, quō erat ipse venturus. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregōrii Papae.

Homilia 17. in Evangelia.

Dominus & Salvator noster, fratres charissimi, aliquando nos sermōnibus, aliquando verò operibus admonet. Ipsa etenim facta ejus, praecepta sunt: quia dum aliqui tacitus facit, quid agere debeamus innotescit. Ecce enim binos in praedicationem discipulos mittit: quia duo sunt praecepta charitatis, Dei videlicet amor, & proximi: & minus quam inter duos charitas haberi non potest. Nemo enim propriē ad semetipsum habere charitatem dicitur: sed dilectio in alterum tendit, ut charitas esse possit.

R. Ego sum vitis vera, & vos palmites: * Qui manet in me, & ego in

in eo, hic fert fructum multum, allelūia, allelūia. **V.** Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Qui manet in me.

Lectio viij.

Ecce enim binos ad praedicandum discipulos Dōminus mittit: quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, praedicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem dicitur, quia misit eos ante faciem suam in omnem civitatem & locum, quō erat ipse venturus. Praedicatorum enim suos Dōminus sequitur: quia praedictio praevnit, & tunc ad mentis nostrae habitaculum Dōminus venit, quando verba exhortationis praecurrunt: atque per hoc veritas in mente suscipitur.

R. Candidi facti sunt Nazaraei ejus, allelūia: splendorem Deo dederunt, allelūia: * Et sicut lac coagulati sunt allelūia, allelūia. **V.** Candidiores nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. Et sicut. Glōria Patri. Et sicut.

Lectio ix.

Hinc namque eisdem praedicatoribus Isaias dicit: Parate viam Dōmini, rectas facite semitas Dei nostri. Hinc filius Psalmista ait: Iter facite ei, qui ascendit super occasum. Super occasum namque Dōminus ascendit: quia unde in passione occubuit, inde majorem suam glōriam resurgendo manifestavit. Super occasum videlicet ascendit: quia mortem quam pertulit, resurgendo calcavit. Ei ergo, qui ascendit super occasum, iter facimus, cum nos ejus glōriam vestris mentibus praedicamus, ut eas & ipse post veniens, per amoris sui praesentiam illustret.

Te Deum laudamus, 13.

Hodiē qui non intersunt Processioni Litaniarum, dicant illas privatim post Matutinum cum suis Precibus & Orationibus, sine Psalmis Penitentialibus, etiam si hoc Festum transferatur in alium diem.

Si Litaniae majores occurrant in die Paschatis, transferantur in Feriam tertiam sequentem.

In secundis Vesperis fit Commemoratio Festi sequentis.

DIE XXVI. APRILIS.

In Festo Sanctorum Cleti & Marcellini Pontificum & Martyrum.

Semicplex.

Omnia de Communi Mart. tempore Paschali. xxxvij.

Antiphona. Lux perpētua lucēbit Sanctis tuis Dōmine, & aeternitas tēporum, allelūia, allelūia. **V.** Sancti & justi in Dōmino gaudent, allelūia. **R.** Vos elegit Deus in hereditatem sibi, allelūia.

Oratio.

Beatōrum Martyrum pariterque Pontificum Cleti & Marcellini nos Dōmine foveat pretiosa confessio: & pia iugiter intercessio tueatur. Per Dōminum.

Si hoc Festum celebretur Feria ij. Rogationum, Lectiones primi Nocturni sumuntur ex Communi plurimorum Martyrum extra tempus Paschale, ut infra, l. & nona Lectio legitur de Homilia Feria.

Similiter si aliquod ex sequentibus Festis occurrat dicta Feria ij. aut in Vigilia Ascensionis, in primo Nocturno leguntur Lectiones quae habentur in Communi illius Sancti extra tempus Paschale: nisi propriae assignentur, vel ponendum sit initium aliquis Epistolae praecedentis Dominicae, quod omisium sit ob aliud Festum in ea celebratum, in quo propriae Lectiones assignatae sint.

In ii. Nocturno. **Lectio i.**
Cletus Romanus, patre Æmiliano, de regione quinta e vicino Patricio, Imperatoribus Vespassiano & Tito Ecclesiam gubernavit. Is ex præcepto Principis Apostolorum in Urbe viginquibus Presbyteros ordinavit. Primus in litteris verbis illis usus est: Salutem & Apostolicam benedictionem. Qui, Ecclesiam optime constituit, cum ei præfuisset annos duodecim, menses septem, dies duos, Domitiano Imperatore, secundâ post Neroneum persecutione, martyrio coronatus est, & in Vaticano juxta corpus beati Petri sepultus.

V. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, * Et æternitas temporum, alleluia, alleluia. **V.** Lætitia sempiterna erit super capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt. Et æternitas.

Lectio v.
Marcellinus Romanus in immani illa Diocletiani Imperatoris persecutione terrore perterritus, deorum simulacris thus adhibuit: cujus peccati mox illum tantoperè poenituit, ut Sinuessam ad Concilium plurimorum Episcoporum venerit ciliçio indutus, ubi lacrymis profusus scelus suum palam confessus est. Quem tamen damnare ausus est nemo, sed omnes una voce clamaverunt: Tuo te ore, non nostro iudicio iudica: nam prima sedes à nemine iudicatur. Petrum quoque propter eandem animi infirmitatem deliquisse, & à Deo similibus lacrymis veniam impetrasse.

R. In servis suis, alleluia, * Consolabitur Deus, alleluia. **V.** Iudicabit Dóminus pópulum suum, & in servis suis, Consolabitur Deus.

Lectio vi.
Marcellinus Romam reversus Imperatorem adit, graviter

eum accusans, quòd se ad tantam impietatem impulisset. Quam ob rem ille Marcellinum unâ cum tribus aliis Christianis, Claudio, Cyrino, & Antonino capite plecti jubet. Quorum projecta corpora cum triginta sex dies jussu Imperatoris sepulturâ caruissent, beatus Marcellus à Sancto Petro in somnis admonitus, Presbyteris & Diaconis, hymnis ac luminibus adhibitis, honorifice sepelienda curavit in cœmeterio Priscillæ, viâ Salariâ. Rexit Ecclesiam annos septem, menses undecim, dies vigintri: quo tempore fecit Ordinationes duas mense Decembri, quibus creavit Presbyteros quatuor, Episcopos per diversa loca quinque.

R. Filie Jerusalem, venite, & videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dóminus, * In die solemnitatis & lætitiæ, alleluia. **V.** Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die. Glória Patri. In die.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Augustini Episcopi in Evangelium Ego sum vitis, vos palmites, de Communi Martyrum tempore Paschali, xlvij.

DIE XXVIII. APRILIS.

Sancti Vitalis Martyris.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus; ut qui beati Vitalis Martyris tui natalitia cõlumus, intercessione ejus in tui nominis amore roboreremur. Per Dóminum.

Lectio iij.

Vitalis miles, Sanctòrum Gervasii & Protasii pater, unâ cum Paulino iudice Ravennam ingressus, cum vidisset Ursicinum medicum ob Christianæ fidei confessionem ductum ad supplicium, paululum in tormentis titubare, exclamavit: Ursicine medice, qui alios curare solitus es, cave ne te mor-

mortis æternæ jáculo conficias. Quavoce confirmatus Ursicinus, martyrium fortiter subivit. Quare Paulinus incensus, Vitalem comprehendit jubet, & equuleo tortum, atque in profundam foveam demersum, lapidibus obrui. Quo facto quidam Apollinis sacerdos, qui Paulinum in Vitalem incitarat, oppressus à dæmone, clamare cœpit: Tu me nimium Vitalis Christi Martyr incendias: & illo astu jactatus, se precipitavit in flumen.

Te Deum laudamus. 12.

DIE XXIX. APRILIS.

In Festo S. Petri Martyris.

Duplex.

Omnia de Communi Martyrum tempore Paschali, xxxvij. præter ea, quæ hic habentur.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut beati Petri Martyris tui fidem congruâ devotiõne sectemur; qui pro ejusdem fidei dilatatione, martyrii palmam meruit obtinere. Per Dóminum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Petrus, Veronæ parentibus Manicheorum hæresi infectis natus, ab ipsa penè infántia contra hæreses pugnavit. Puer annorum septem, cum scholas frequentaret, aliquando à patrulo heretico interrogatus, qui tandem in iis didicisset, Christianæ fidei Symbolum se didicisse respondit: neque ullis umquam patris, patruve blanditiis, aut minis, à fidei constantia dimoveri potuit. Adolens Bononiam studiorum causâ venit: ubi à Spiritu sancto ad sublimiõris vite formam vocatus, Ordinis Prædicatõrum institutum suscepit.

R. Lux perpétua lucébit Sanctis

tuis Dómine, * Et æternitas temporum, alleluia, alleluia. **V.** Lætitia sempiterna erit super capita eorum: gaudium & exultationem obtinebunt. Et æternitas.

Lectio v.

Magno virtutum splendore in religione elixit: corpus & animam ab omni impuritate ita custodivit, ut nullus mortiferi peccati labe se inquinatum unquam senseret. Carnem jejuniis & vigiliis macerabat: mentem divinis contemplationibus exercebat. In salutem animarum procuranda assidue versabatur: peculiari gratiæ dono hereticos acriter confutabat. Tantam in concionando vim habuit, ut innumera bilis hominum multitudo ad eum audiendum conflueret, multique ad poenitentiam converterentur.

R. In servis suis, alleluia, * Consolabitur Deus, alleluia. **V.** Iudicabit Dóminus pópulum suum, & in servis suis, Consolabitur Deus.

Lectio vj.

Tanto fidei ardore incensus erat, ut pro ea mortem subire optaret, eamque à Deo gratiam eicè precaretur. Itaque heretici necem, quam is paulo antè concionando prædixerat, illi intulerunt. Nam cum sanctæ Inquisitionis munus gerebat, illuc Como Mediolanum redeunt, impius sicarius semel atque iterum in capite gladio vulneravit: jamque penè mortuus, Symbolum fidei, quam infans virili fortitudine confessus fuerat, in ipso supremo spiritu pronuntiavit: iterumque lætera mucrone transverberatus, ad martyrii palmam migravit in cœlum, anno salutis millésimo ducentesimo quinquagesimo secundo: quem multis illustrem miraculis Innocentius Quartus anno sequenti Sanctòrum Martyrum número adscripsit.

Aaa 4

R.

F. Filia Jerusale, venite & videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus. **V.** In die solemnitatis & lætitiæ, alleluia. **R.** Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die. Gloria Patri. In die.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Augustini Episcopi in Evangelium. Ego sum vitis vera, ut in Comuni Martyrum tempore Paschali. **xliv.**

In secundis Vesperis à Capitulo fit de S. Catharina, cum Commemoratione S. Petri.

DIE XXX. APRILIS.

In Festo Sanctæ Catharinæ Virginis. Duplex.

Omnia de Comuni Virginum, **lxxxiv.** exceptis his, quæ sequuntur.

Oratio.

D. A, quæsumus omnipotens Deus; ut qui beatæ Catharinæ Virginis tuæ natalitia cõlumus, & annuâ solemnitate lætèmur, & tanta virtutis proficiamus exèmplo. Per Dõminum.

Pro Commemoratione S. Petri. Antiphona. Sancti & justi in Dõmino gaudete, alleluia: vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluia. **V.** Pretiosa in conspectu Dõmini, alleluia. **R.** Mors Sanctõrum ejus, alleluia.

Oratio. Præsta, quæsumus, ut supra. **743.**

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

C. Atharina, virgo Senensis, piis orta parèntibus, beati Dõmini habitum, quem Sorores de Penitentiã gestant, impetravit. Summa ejus fuit abstinentiã, & admirabilis vitæ austeritas.

Inventã est aliquãdo à die Cinerum usque ad Ascensionem Dõmini jejunium perdixisse, solâ Eucharistiæ communiõne contenta. Luctabatur quàm frequentissimè cum dæmonibus, multisque illõrum molèstis vexabatur: astuabatur febribus, nec aliorum morborum cruciatu carèbat. Magnum & sanctum erat Catharinæ nomen, & undique ad eam agrõti, & malignis vexati spiritibus deducebantur. Languoribus & febribus in Christi nòmine imperabat, & dæmones cogebat ab obsessis abire corpõribus.

V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: Et deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia. **V.** Spécie tuã & pulchritudine tuã intènde, prospere procede, & regna. Et deducet.

Lectio v.

C. Um Pisis immoraretur, die Dõminico refecta cibo cœlesti, & in extasim rapta, vidit Dõminum crucifixum magno cum lumine advenientem, & ex ejus vulnere cicatricibus quinque rãdios ad quinque loca sui corpõris descendentes; ideoque mysterium advertebat, Dõminum præcata, ne cicatrices apparerent, continuo rãdii colorem sanguineum mutaverunt in splendendum, & in formam puræ lucis pervenerunt ad manus, pedes, & cor ejus: ac tantus erat dolor, quem sensibilibus patiebatur, ut nisi Deus minuisset, brevi se crederet mortuam. Hanc itaque gratiam amatissimus Dõminus novã gratiã cumulavit, ut sentiret dolorem illapsã vi vulnerum, & cruenta signa non apparerent. Quod ita contigisse, cum Dei famula Confessario suo Raymundo retulisset, ut oculis etiam representaretur, rãdios in imaginibus beatæ Catharinæ, ad

dicta quinque loca pertingentes, pia fideliùm cura pictis colõribus expressit.

V. Dilixisti justitiam, & odisti iniquitatem: Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, alleluia. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea unxit.

Lectio vi.

D. Octrina ejus infusa, non acquisita fuit: sacrarum litterarum professoribus difficillimas de divinitate quæstiones proponentibus respondit. Nemo ad eam accessit, qui non melior abierit: multa exinquit odia, & mortales sedavit inimicitias. Pro pace Florentinorum, qui cum Ecclesiã dissidebant, & interdicto Ecclesiastico suppositi erant, Avenionem ad Gregorium Undecimum Pontificem Maximum profecta est, cui etiam votum ejus de petenda Urbe, soli Deo notum, sese divinitus cognovisse monstravit: deliberavitque Pontifex, eam etiam suadente, ad sedem suam Romanam personaliter accedere; quod & fecit. Eidem Gregorio, & Urbano Sexto ejus successorì, acceptissima fuit, aded ut legationibus eorum fingeretur. Denique post innumera virtutum insignia, dono prophetiæ, & pluribus clara miraculis, anno ætatis sue tertio circiter & trigésimo, migravit ad Sponsum. Quam Pius Secundus Pontifex Maximus Sanctarum Virginum numero adscripsit.

V. Afferentur Regi virgines post eam, proxima ejus. Afferentur tibi in lætita & exultatione, alleluia. **V.** Spécie tuã & pulchritudine tuã intènde, prospere procede, & regna. Afferentur. Gloria Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium

Simile erit regnum cœlorum decem virginibus, ut in Comm. Virg. **xciiij.**

FESTA MAII.
DIE I. MAII.

In Festo SS. Philippi & Jacobi Apostolorum. Duplex.

Ad Vesperas. Antiphonæ. Dõmine ostende nobis, cum reliquis de Laudibus. **748.** Psalmus. Dixit Dõminus, cum reliquis de Comuni Apostolorum. **1.**

Capitulum.

S. Tabunt justi in magna constantia adversus eos, qui se angustaverunt, & qui abstulerunt labores eorum.

Hymnus.

T. Ristes erant Apostoli De Christi acerbò funere, Quem morte crudelissimã Servi necarant impij. Sermone verax Angelus Mulleribus prædixerat: Mox ore Christus gaudium Gregi feret fideliùm. Ad anxios Apostolos Currunt statim dum nuntiat, Ille micantis óbvia Christi tenent vestigia. Galliæ ad alta montium Se conferunt Apostoli; Jesuque, voti compotes, Almo beantur lumine. Ut sis perenne mentibus, Paschale Jesu gaudium; A morte dirã criminum Vita renatos libera. Deo Patri sit gloria, Et Filio, qui à mortuis Surrexit, ac Paracito, In sempiterna sæcula. Amen.

V. Sancti & justi in Dõmino gaudete, alleluia. **V.** Vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluia.